Legrand, Jacques: Sophilogium

[s. l.], [um 1453-1455] Seite 1r

1



que a principibus studiosis exordium
acceperunt Utinam ab huiusmodi principi
bus casu hec non incipiant Unde
Allexander li° de naturis rerum
commemorando antiqua tempora sic ait
Felicia antiquorum tempora in quibus
ipsi imperatores mundum sustentan
tes se ipsos philosophie dederunt Ut Al
lexander Julius ptholomeus qui
fuerunt viri studiosi Et subdit
Huiusmodi inquit regni gloria crevit
in immensum quod diu circum floruerunt
viri studiosi et studia Victoria ei
milicie et glorie philosophie qui cum simul
cucurrerunt Nam exquo greci et ro
mani que studia perdiderunt extunc
semper deciderunt Unde regnantibus
atheniensibus minerua idest sa
piencia colebant ut refert Augustinus
in de civitate dei ca° viij° Ruc[m]
ergo que philosophorum famosa studia fu
erunt et ab historiographis dicitur
tria fuisse ceteris solempniora
studia quorum primum atheniense
2m Romanum 3m parisiense De
studio autem atheniensi refertur
quod solempnissimum extitit Unde athe
narum nutrix fuit liberalium ar
cium philosophorum Unde Leonicus philosophus
civitate commendat dicens studio
aptissimam fore Primaque leges tra
didit aliis quam civitatibus immo tran
smisit In qua fuit dionisius parue
religionis doctor eximius Cuius
autem studii scilicet atheniensis introitus
solis pacientibus permittebat Unde
ad portam civitatis solebat senex se
dere ad obiurgandum volentes intrare

Et si videbat signa impaciencie re
pellebant Si autem paciencie re
mittebant Aliud autem studium
solempne dictum romanum In quo
floruit ytalicum genus philosophorum Ibique
refulserunt Julius Cesar Katho Vir
gilius Tullius Nam de Julio quod
floruit patet libro de vita Cesaris
De Kathone narrat Solinus li°
primo Ibique docuit rethoricam Augustinus
ut ipse met fatetur li° 2° confessionum
Ceterum aliud studium et 3m dictum
parisiense quod florere cepit tempore
karoli magni Quod quidem studium
alkwinus de roma protulit Cuiusque
studii quatuor fuerunt fundatores
scilicet Rabanus Alkwinus Claudius
et Johannes scotus Et prout recitatur
in cronicis metropolitanis arela
tensium tempore karoli magni duo mo
nachi Scoti cum mercatoribus ad Fran
ciam accesserunt et interrogabant
si quis sapienciam emere vellet Ob
hoc plurimi stultos ipsos putabant
Nichilominus tamen hec verba ad regem per
venerunt Quibus adductis interro
gavit an sapienciam haberent quam ven
dere vellent Qui responderunt quod
sic Quibus rex Quid precii vultis
Qui responderunt Tria petimus locum
optimum discipulos ingeniosos et
victum et vestitum Quibus concessis
studium pisyense inceptum et extunc
dilatatum est Tunc vero temporis erat
quoddam castrum dictum ysecos sic dictum
a nomine cuiusdam dee dicte ysis
que ibi colebatur Quod castrum
nunc meldinium vocatur Et inde
parisius nomen accepit quia dicitur
parisius quasi par ysecos Ita in hac
pace erat quia super secundum quecumque

161

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0005
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg